

II
Intelligitur
capitulum
de quibus
lib. 1.

ad Regem Angliæ, vel ejus progenitores spectare. Eadem
soluone exponendus est textus in cap. ad supplicationem, de
remans. juncto Boerio ubi supra, num. 3.
Adveri tur superiori alicuius textus singularis; & valde
difficilis in cap. 1. de usuris, ubi cum generaliter Clericis in-
terdicitur usuras exercere, prohibetur etiam fructus rei pi-
gnoræ retinere, sed eos debere deductis expensis in sortem
principalem imputari; & statim hæc adiciuntur verba loco
exceptionis: Nisi forte Ecclesia beneficium fuerit; quod redimen-
dum et hoc modo de manu laici videtur. Ex quibus verbis aper-
te deducitur, licere non solum beneficium, Ecclesiæque de
manu laici recipere, verum & ab eis redimere: igitur lice-
bit libere Ecclesiæ, seu beneficia accipere a laicis. Agno-
verunt difficultatem Glossa in eo textu, v. Beneficium, Ho-
stiensis, Panormi. & omnes fere antiquiores, qui ut eam
exponant, varios casus fingunt, & supponunt. Sed illis o-
missis alius repetenda est interpretatio illius textus. Obser-
vandum enim est, olim in Gallia ad instar beneficiorum tem-
poralium, seu feudorum, in quibus pro mutatione Domino-
rum, vel vassalorum redemptionem feudorum fiebant, intro-
ductam fuisse similem redemptionem in Ecclesiis & Altari-
bus; tam cum primis Ecclesiæ saculis monachi tantum laici
essent, nec sibi, nec aliis sacramenta ministrarent, & ita
decimas nullo jure percipere valeret, usu receptum fuit,
ut per alios clericos decimas, & redditus Ecclesiarum perciperent,
id est, ut confisterentur plebanis, seu parochis, qui
Sacramenta Fidelibus ministrarent, & monachi decimas
perciperent, & mortuo ipso Parocho, qui in ejus locum suc-
cesserat, decimas redimebat ab Episcopo proprio, & a
monachis, qui eas percipiebant: cujus corruptelæ expressa
mentio extat in c. quæstionum, q. 3. in illis verbis: Quia quidam
simoniae pravitatis usus in Galliarum partibus jam diutius inole-

vit, ut Ecclesia, vel decima, quæ vulgari vocabulo apud eos Al-
taria nuncupabantur, monasteriis data sæpius ab Episcopis sub pal-
liata avaritia vendantur, mortuis nimirum, seu mutatis clericis,
quos Personæ vocant: Nos, auctore Deo, vanitatem omnium, tam
ex rebus, quam ex ministeriis ecclesiasticis propallentes, hoc clerici
fieri auctoritate Apostolica prohibemus, sicut etiam probandas omnes
venundandas interdiciamus. Porro quæcumque altaria, vel decimæ
ab annis tringenta, & supra supra hujusmodi redemptione possessisse
monasteria videntur, quiete detineti: Et sine molestia quilibet eis
possidenda firmantur, salvo ungue Episcoporum censu annuo, quem
ex istis altariis habere dicitur, Gofridus Vindocin. lib. 3.
ep. 12. Ioan. Sarisbur. libr. 7, ep. 19. Ivo Carnot. epist. 12.
ibi: Maxime quod apud nos, qui altari non servant, de altari
vivunt: a quo sacrilegio cum eos absterretur velint monendo, incre-
pando, excommunicando, altaria a me redimere volent sub nomine
personæ, sicut a predecessoribus meis ex gravia consuetudine redemu-
runt. Plura de hac redemptione Ecclesiarum adducunt Joann.
Dartius in cap. 4. 1. q. 3. Bosquetus ad Innoc. lib. 1. ep. 13.
& Nos in cap. 1. de capellis monach. Nec solum monachi ita
Ecclesiæ accipiebant, ut ab eis redimerentur, verum & sin-
gulares homines laici, ut ex Carnotensi probat Joann. Dartius
ubi supra. Unde percipitur mens Alexan. III. in dicit. cap. 1.
de usur. docet enim clericos minus penurias pecuniam laicis sub
pigore, debere fructus ipsius rei pignorate in sortem im-
putare, nisi forte Ecclesiam de manu laici jure pignoris ac-
ceperint, & hoc modo eam redimere curaverint; tunc enim
fructus ipsius Ecclesiæ non imputantur in sortem principalem,
cum ab injusto possessore, laico videlicet, hoc modo Eccle-
sia redimatur. Et hæc est, ni fallor, vera illius textus in-
terpretatio: si alius meliorem afferat, sponte illi herbam tra-
dam. Etiam præsentis assertioni obstat textus in cap. dilectus
94. de prebendis, cujus interpretationem in ejus notis dabimus.

C A P U T XLIV.

Idem in a eodem.

Nihil est, quod Ecclesiæ Dei magis officiat, quam quod indigni assumantur Prelati ad regimen animarum. Vo-
lentes igitur huic morbo necessariam adhibere medelam, irrefragabili constitutione sancimus, quatenus cum
quisquam ad regimen animarum fuerit electus, is ad quem pertinet confirmatio, diligente b examinet & electionis
processum, & personam electi, ut cum omnia rite concurrerint, munus ei confirmationis impendat: quia si secus
fuerit incaute presumpsit, non solum deiciendus est indigne promotus, verum etiam indigne promovens c puniendus.
Ipsiusque decrevimus hac animadversione puniri, ut cum de ipsius consisterit negligentia, maxime si hominem
insufficientem scientiæ, vel inhonestæ vitæ, aut ætatis illegitimæ approbaverit, non solum confirmandi primum suc-
cessorem illius careat potestate, verum etiam ne aliquo casu penam effugiat, a perceptione proprii beneficii suspen-
datur, quousque, si æquum fuerit, indulgentiam valeat promereri. Si vero convulsus fuerit in hoc per malitiam exce-
ssisse, graviori subiacet ultioni. Episcopi quoque tales ad sacros Ordines, & Ecclesiasticas dignitates promovere
procurent, qui commissum officium sibi digne valeant adimplere, si canonicam ipsi cupiunt effugere ultionem. d
Ceterum, qui ad Romanum pertinent immediate Pontificem, ad percipiendam sui confirmationem officii ejus se
conspiciunt, si commode potest fieri, personaliter præsentent, vel personas transitum idoneas, & per quas diligens
inquisitio super electionibus & electis possit haberi, ut sic demum per ipsius circumspeditionem sui plenitudinem offi-
cii assequantur, cum eis nihil obstitit de canonicis institutis. Ita quod interim valde remoti, videlicet ultra I-
talia constituti, si electi fuerint in concordia, dispensative propter necessitates Ecclesiarum & utilitates, in spiri-
tualibus & temporalibus administrant; & sic tamen, ut de rebus ecclesiasticis nihil possint alienare. Munus vero
benefictionis, seu consecrationis recipiant, sicut hæcenus recipere consueverunt.

NOTÆ.

1 **E**odem.) Concilio videlicet Lateranensi canon. 26. ubi re-
peritur textus, hic, & in quarta collectione, sub hoc ti-
tulo cap. 11.
2 **Examinet.**) Ad eum spectare examen electi, ad quem

ejus confirmatio pertinet, probavi supra in cap. postquam 3.
hoc titulo.
3 **Puniendus.**) Hanc priorem textus partem de penis eli-
gentium indignos ad officia & dignitates ecclesiasticas, ex-
positi in c. cum in curiis, §. ult. hoc tit.
4 **Ceterum.**) Hanc secundam textus partem exposui & il-
lustravi in cap. nostri, cap. transmissum, hoc tit.

C A P U T XLV.

Honorius III. a Constantinop.

UT præteritæ b contentions decisa materia, futuris litigiis occasio amputetur, præsentis authentica statuimus, ut
expensæ necessariæ, quas Capitulum Constantinopolitanum, vel ejus nuntii, vacante Sede pro electionis nego-
tio fecerint, de bonis Patriarchatus fianz totaliter, vel reddantur, dummodo ipsi bona decidentis Patriarchæ non
c occupent, vel usurpent.

NOTÆ.

1 **C**onstanti.) Ita etiam legitur in cap. 4. de constit. in 5.
in cap. penult. de constit. & de Ecclesia Constantinop. in
cap. quanto, de consuet.

2 **Contentions.**) Hujus contentions historiam retuli supra
in cap. scriptum.
3 **Occupent.**) De bonis decedentis Prelati, seu spoliis E-
piscoporum agemus in cap. 1. de reb. de fructibus vero Se-
de vacante perceptis, in c. cum vos 4. de off. ord.

C A P U T XLVI.

Idem Electi a Lugdunensi.

Cum post peccatam b instant, & demum obtentam venerabilis fratris nostri quondam Lugdunensis Archiepiscopi
cessionem vota Canoniorum Lugdunensium in re tunc ipsorum Præpositum concorditer consentient; quia tunc
examino, sicut deest, processu electionis euz, invenimus eam post publicatum c consensum, & collationis
tractatum aliquandiu fuisse d protractat, assensumque tuum, priusquam electus fuisses, requisitum, electionem ex ipsius
dumtaxat inordinato processu, justitia cassavimus exigente,

NOTÆ.

1 **L**ugdunensi.) Ita etiam legitur in quinta collectione, sub
hoc tit. cap. 1. & historiam hujus textus intendit re-
ferre Jacobus Severinus in chronolog. Lugdun. præsulum, ita ut
in præsentis agatur de Lugdunensi Archiepiscopo Joanne II.
de quo agemus in cap. cum Martine, de celebr. Missar. Sed hæc
historia temporibus Honorii III. minime consonat: quare In-
nocentius in notis ad hunc textum, recte existimat legendum
esse, Electo Lugdunensi, quod mendam in hoc Decretalium
voluntate plerumque reperiri jam observavi in cap. 2. de con-
suet. Quæ emendatio facilis inveniatur, si repetamus histo-
riam veram hujus textus. Sciendum enim est, in temporibus Ho-
norii III. anno videlicet 1222. magnum illum Archiepisco-
pum Andream Sunonen, morbo afflictum Archiepiscopatu
renuntiante, & a civitate Lugdunensi secessisse in insulam apud
Flecanens, Iltho dictam; post cuius Præfidi renuntiationem
de Romani Pontificis consensu factam, a Capitulo Lunden-

si Præpositus ipse Ecclesiæ electus fuit in Archiepiscopum;
sed ejus electione cassata ab Honorio III. in præsentis, Pe-
trus Saxonis electus fuit solemniter, & Ecclesiæ ipsi præfuit
anno 1224. ut ex chronico Henrici Regis refert Cironius in
præsentis.
2 **Instant.**) Episcopi enim, & Archiepiscopi debent in-
stanter licentiam cedendi petere a Romano Pontifice, nec
antea renuntiare valent, cap. nisi cum pridem, de renun. ubi
probabimus.
3 **Consensum.**) Licet post electionem celebratam eligentes
debeant electionem electo præsentare, & ejus consensum pe-
tere, c. quam sit 6. c. nulli 8. hoc tit. in 6. ante electionem
tamen propter ambitionis suspitionem electus non debet con-
sensum, seu voluntatem explicare.
4 **Protractam.**) Unde peccatum fuit in forma electionis;
siquidem facta collatione suffragiorum, & regulato scrutinio
electio publicari debet, ut jam supra notavimus in cap. quia
propter 41. hoc tit.

C A P U T XLVII.

Idem P. Bolcen, Priori Sanctæ a Barbara, Lexoviensis Diocesis, & Magistro V. de
Capella, Cancellario Rhotomagensi.

Constitutis in præsentia nostra procuratoribus dil. fil. S. b Tauricen. Ebroicen. & c S. Leofredi de Cruce Abba-
tum, ac monasterii d Fiscan. dil. fil. n. e B. SS. Joannis & Pauli Presbyterum Cardinalem dedimus audito-
rem, coram quo proposuerunt procuratores prædictorum Abbatum, quod vacante præfato monasterio, quod immedie
ad Romanam Ecclesiam pertinet, monachi ejusdem loci, contemptis præfatis Abbatibus, qui commode pote-
rant, & debebant de jure vocari, ad electionem Abbatis temere procedentes, H. quondam Abbatem f S. Judoci, ad
ejusdem regimen minus idoneum eligere presumpserunt; quare petebant electionem hujusmodi penitus irritari. Quum
autem procuratores ipsorum Abbatum jussu essent exprimeret, g quo jure ipsi Abbates deberent electioni Abbatis sui
prædicti monasterii b interesse, responderunt, quod olim cum assumerentur in suorum monasteriorum Abbates, sui
specialiter indultum ab Abbate & Conventu monasterii Fiscan. ut haberent vocem in Capitulo eorumdem, Nos autem
rationem hujusmodi frivolum repulantes, de consilio fratrum nostrorum perpetuum silentium imposuimus Abba-
tibus prædictis.

NOTÆ.

1 **S**anctæ Barbara.) Ita restituenda est inscriptio ex quin-
ta collectione Honorii III. sub hoc titulo, cap. 5. repe-
ritur textus hic. Monasterium hoc S. Barbaræ in Diocesi
Lexoviensi, esse Ordinis Div. Augustini refert Cironius in
præsentis.
2 **Tauricen.**) Taurini legendum est, ut legitur in sexta col-
lectione; quod monasterium est Ordinis D. Benedicti, Con-
gregationis S. Mauri, in Urbe Ebroicensi, quod construxit
Richardus Dux, qui Normannos rexit an. 943. ut referunt
fratres Sarmatani tom. 4. Gallia Christi. fol. 819. De Diocesi
Rhotomagensi jam nonnulla adduxi in c. 24. de rescript.
3 **S. Leofredi.**) Monasterium de Cruce S. Leofredi est Ordinis
D. Benedicti, Diocesis Ebroicensis, in pago Madriacensi
construatum a S. Leofredo, apparitione Crucis ibidem vi-
se, ditatum a S. Andoeno Archiepiscopo Rhotomagensi:
quare aliquando appellatur monasterium B. Crucis S. Andoe-
ni, ut referunt Yepes tom. 2. chron. D. Bened. an. 677. fra-
tres Sarmat. 2. 4. Gallia, fol. 321. Richardus ex gremio ipsius
Ecclesiæ assumptus fuit, & ejus electionem confirmavit Innoc.
III. lib. 2. epist. 89.
4 **Fiscan.**) Fiscanum monasterium SS. Trinitati dicatum,
amplissimum & opulentissimum, est Ordinis Div. Benedicti,
quod condidit, seu potius restauravit Richardus primus Dux
Normannia, ut referunt fratres Sarmatani tom. 4. Gallia fol.
377. Yepes tom. 2. chron. D. Bened. an. 659. & 1. 5. an. 990.
Rodolphus Glaber lib. hist. Gallia, cap. 28. ejus meminit Ivo
Carnoten. epist. 32. & 99.
5 **B.**) Betrandus videlicet Cardinalis Sanctorum Jo. &
Pauli: qui titulus Cardinalitius spectat ad Basilicam S. Lau-
rentii, ut probat Cohelius in notis. Card. cap. 6.
6 **S. Judoci.**) In sexta collectione legitur S. Vindoci, & Ci-
ronius in præsentis existimat rectius legendum esse S. Vindoci,
quod est monasterium Ordinis D. Benedicti in Diocesi Mo-
rensi, de quo Aubertus Mireus c. 31. Si retineatur S. Ju-
doci, monasterium hoc est in Diocesi Ambianensi, de quo
plura fratres Sarmat. tom. 4. Gallia, fol. 539. Yepes centur.
2. an. 645.
7 **Suo jure.**) Non ut nomen actionis exprimerent, quod
Jure Canonico, & noviori Cæsareo necessarium non est, cap.
dilecti, de iudic.
8 **Interesse.**) Licet regulariter possessor non teneatur red-
dere causam, seu edere titulum suæ possessionis; amo inter-
D. DeGuzal, in Decretal. Tom. I. Pars I.

rogatus cur possideat, sufficienter respondeat, Quia possideo
1. in specialit. 62. ff. de rei vind. leg. ultim. Cod. ead. tit. leg. ex-
trat alias decretum, ff. de iure iustis leg. c. 11. C. de petit. her-
redit. leg. 2. C. de prelat. plures cumulat Parexa de infrum.
edit. tit. 5. resol. 7. tamen si jus commune resistat professori,
tenetur edere titulum possessionis, ut docet Parexa ubi proxime.
Unde cum in præsentis Abbatibus resisteret jus commu-
ne, quod dicitur monachum eodem tempore duobus monaste-
riis non esse præficiendum, cap. ne nimia, de relig. domib. ideo
si intendebant admitti ad electionem Abbatis monasterii Fi-
scanensis, debebant prius edere, seu probare titulum quæsi
possessionis juris eligendi.

COMMENTARIUM.

EX hoc textu communiter deducitur, Abbatem unius mo-
nasterii non habere jus eligendi Prælatum in alio mo-
nasterio exempto, etiam si monachi illi jus suffragii conce-
dant. Ita docent post antiquiores in præsentis, alii relati a
Barbosa in hoc textu, Cironius in quinta compil. ad hunc text.
quæ communis doctrina impugnat ea juris consideratione;
nam jus præstandi suffragium in alicujus electione potest con-
cedi ab ipsius electoribus, c. scriptum, hoc tit. igitur si Ab-
batibus SS. Taurini & Leofredi concessum erat jus eligendi
Abbatem a monachis Fiscanensibus, virtute illius concessio-
nis ad electionem admitti valebant. Augeret difficultas hæc
ex decisione textus in c. Ecclesia, de causa possess. ubi illi, qui
jure admitti non poterant ad electionem Episcopi, admit-
tuntur virtute quasi possessionis eligendi, in qua erant. Sed
hæc difficultate non obstante verum est, ut monachum unius
monasterii electum in Abbatem alterius, non posse ad elec-
tionem Prælati prioris monasterii admitti, quia cum ad
electionem Prælati tantum admittantur, qui ex Capitulo,
propriæque Congregatione sunt, cap. 1. ubi probavi, hoc ti-
tulo, & monachus electus in Abbatem alterius monasterii, a-
mittat gradum, & sedem in priori, quia duobus monasteriis
adesse non potest, cap. ne nimia, de relig. domib. inde non
admittitur, tanquam extraneus ad electionem Prælati prio-
ris monasterii. Nec difficultas supra allata obstat, cui ut
satisfaciant Interpretes in præsentis varia adducunt, qui-
bus omnis placet sententia Gofridi, quam sequitur Ciro-
nius in præsentis, videlicet hoc monasterium esse exemptum,
& immediate subiectum Romano Pontifici, ut ex hujus
N 4 textus

textus contextura liquet; unde sine Pontificis licentia non poterant monachi...

illis restiteret jus commune, in ea tueri non debebant; juxta adducta in capitulo...

C A P U T XLVIII.

Idem a Rhotomagensi Capitulo.

Ecclesia vestra destituta b Pastore, & votis vestris, cum de futuri Prelati haberetis successione tractatum...

N O T A E.

Rhotomagensis. Ita etiam legitur in quinta collectione, sub hoc tit. cap. 6. De Ecclesia Rhotomagensi...

Gironius in presenti existimat agi de electione Theobaldi in locum Roberti Pulli, qui decesserat anno 1221...

Successit non laude minor, nec moribus impar, Forma gregis, vixit clarus, verborum Robertus. Hinc est scribens THEOBALDUS, obinde cavendum...

Floruit ipse utique ad annum 1229, & eo defuncto, cum duo contenderent de ipsa Ecclesia, quia Thomas de Brevilla Decanus electus fuerat ab una parte, Cancellarius vero ab alia...

Deportationis. Id est translationis de loco in locum: de porto enim significat mutare aliquem, seu transferre de loco in locum...

Unde deportati dicuntur in Jure Casareo, qui e civitate in certam insulam transferuntur, ut probat D. Josephus de Retes da interdictis, c. 2.

Appellationem. Quae in presenti jure interponi potuit, quia nullam praecederat scrutinium, nulla collatio suffragiorum...

rum facta fuerat, unde appellari potuit: alias publicato scrutinio appellatio interponi nequit...

Hinc notant, & recte repetentes, non sufficere in electionibus ecclesiasticis factis suffragium praestare, sed verbis illud explicari debere...

Quoniam vocis vestras necessarias habetis, Apud Romanos etiam eundem consentiendi morem in Senatu observatum fuisse constat ex Vopisco in Aurelio...

C A P U T XLIX.

a Gregorius IX.

Cum in magistrum assumi non debeat, qui formam discipuli non b assumpsit, nec sit proficiendus, nec sit proficiendus, qui subese non novit...

N O T A E.

Gregorius IX. Non exprimitur, cui Episcopo rescribat Pontifex, tantumque ex serie textus constat, cum Praefule dioecese loqui, cui scribit, ne persone non professam...

Quod absurdum est. Zosimus Pontifex in epist. Hestio missa, c. 1. ibi: Statim Dux esse desiderat, cum tyro ante non fuerit, ut prius velle docere, quam discere...

anem antea esse discipulum, quisquis doctor esse desiderat, ut possit docere, quod dicitur. Ruricius l. 2. epist. 25. Apollinari filio Synodi missa, ibi: Prius enim quilibet debet discere, quam docere...

C A P U T L.

Idem a Cumana Capitulo.

Cumana Ecclesia Pastoris solatio destituta, & congregatis die ad celebrandam electionem praefixa, qui praesentes erant de Cumana Canonici, ac tribus Abbatibus, qui vocem in electione habere noncuntur, Capella-

pellani & Clerici Civitatis electioni se debere interesse dicentes, sub hujusmodi b protestatione admissi fuerunt, quod vox eorum, qui non debent interesse de jure, vel de consuetudine, non valerent...

N O T A E.

Cumana. Cumana Civitas duplex reperitur Episcopalis; alia in Ecclesia Orientali, vulgo dicta Cyrene, cujus Praeful Maximus subscripsit Conc. Ephesino...

Protestatione. Licet nulla sit electio, si admittatur ad eam, qui de jure admittendi non sunt, ut probant Cavedo 2. par. de off. 84. num. 15. Mastrillus de Magistribus, c. 23.

num. 53. tamen cum praecedat protestatio, etsi admittantur inhabiles, electio non ideo vitatur, neque ex tali admissione aliquid jus admitti consequuntur, ut docent ex hoc textu Samuel Petrus de elect. contrav. 11. concl. 3. Tondatus Sanglegerius lib. 1. resolut. canon. quae. 44. Iranzo de protest. cap. 16.

Consuetudine. Consuetudine acquiri posse jus eligendi, jam probavi in c. cum dilectus 8. de consuet.

Quibus electionibus. Si verum esset, duabus electionibus posterioribus Capellanis interfuisset, admittendi utique erant virtute quasi possessionis, ut probavi in cap. quarelam 28. hoc tit.

Commentarium hujus textus dabimus infra, in cap. Ecclesia 55.

C A P U T LII.

Idem Abbati a Cluniacensi.

Sancta Romana Ecclesia, Et infra: Sane proposuisti in nostra praesentia, quod super ordinatione Prioris Monasterii b S. Pancratii, ad Cluniacensem Ecclesiam pertinentis, cum Comite de Varena patrono ipsius, quidam praecederet tuis de consensu Capituli sui compositionem...

N O T A E.

Cluniacensis. Cluniacum ad Graonam fluvium, dioecesis Matilonensis, in Burgundia, percelebre Monasterium est Ordinis D. Benedicti, caput fere Congregationis, a Beronice Abbate, ducem Guillelmo primo Comite Arverniae, & Aquitanorum dante, conditum, seu ut alii volunt, instauratum...

Quiaque illi tibi possessionem, optionemque saltem si ne dignas usum vultis factum esse, necne. Quantilianus l. 5. instr. ibi: Nec optio iudicis adversario est permittenda. Non tamen optio, & electio sunt synonyma, tamquam diversa enim ponuntur in l. 2. ibi: Quoties servi optio, vel electio datur; ff. de optione legata, l. 3. ff. qui et a quibus. Differt valde electio ab optione. Electio est quaedam simplex voluntatis declaratio, optio vero est sollemnium cum alia sollemnitate voluntatis manifestatio, ut notant Pinellus lib. 2. soluti. cap. 16. Divas Martinus de Larcatigui lib. 5. soluti. cap. 1. unde constat, magna cum proprietate Gregorius IX. in praesenti appellasse optionem illam sollemnem electionem Prioris Monasterii S. Pancratii.

De Charitate. Monasterium hoc subiectum est Cluniacense, licet aliquando ejus iugum excutere voluisset, ut constat ex Innocentio III. epistola, l. 3. ep. 191. notat Chopinus lib. 1. de sacra potestate, pag. 566.

COMMENTARIUM.

EX hoc textu talis deducitur assertio: Propter compositionem factam cum Prelato & Capitulo, non potest jus eligendi Praefule laico competere. Quae assertio licet ab specie aliquo juris testimonio probetur, tamen per argumentum probari potest ex 4. cum terra, c. quod licet, cap. quilibet, c. Mullina, hoc tit. c. ex eo, c. indeterminate, hoc tit. lib. 6. cap. si quis deinceps, c. quoniam, c. per laicos 16. qu. 7. cum aliis adductis in cap. quilibet, hoc tit. Illustrant Azor 2. p. moral. lib. 10. c. 7. q. 3. Petrus Gregor. lib. 17. synagm. c. 4. nu. 3. & de elect. c. 5. Layman 2. tom. summa, lib. 4. nr. 3. c. 19. nu. 8. Selva de beneficiis 2. p. c. 23. n. 25. Suarez lib. 4. de relig. c. 28. n. 9. Tamb. tom. 1. de iure Abbas. disp. 7. quoslibet 6.

Sed pro ratione dubitandi in praesentem assertionem inferri potest: Patronus laicus ratione iurispatronatus, quod spiritualibus annexum est, c. quanto 3. de iudicis, c. de iure de iurapatron. ex Ecclesiae concessionem jus habet praesentandi Praefulos in omnibus Ecclesiis propriis iurispatronatus, c. 1. 16. qu. 5. c. pax mentis 16. qu. 7. c. quod autem, cap. nobis, de iurapatron. Tridenti sess. 14. de reform. cap. 12. igitur in praesenti casu patrono, quantumvis laico, competeat jus eligendi Praefulum in Monasterio, seu Ecclesia, ubi iurispatronatus.

tronatus obtinebat, cum nulla discriminis ratio inter presentationem, & electionem dari possit...

Ratio de videndi.

Qua difficultate minime obstante, vera est presentis Gregorii IX. decisio, cuius ratio premissa...

Disturbatur dubitandi ratio.

Nec difficultas supra adducta refragatur: nam licet jus presentandi Prælatus ratione iurisdictionis laicis competat...

per honorem illi debitum ut patrono: & si patronus legitimam causam proposuerit, quare electio admittenda non sit...

Secundo opponitur textus in e. nobis, de iurapatron. in illis verbis: Nisi aliter de sua iurisdictione obtineat...

Tertia vero pars integra servatur Ecclesie confirmata, quam idem Marciobis competeret dicitur, ut in ea admodum Canonici commode possint cum suo Preposito deservire...

Huic etiam conclusioni opponi possunt textus in e. dilectus...

CAPUT LII

Idem Decano & Capit. S. Joannis, & S. Stephani a Bisuntinens.

Cum in veteri lege. Et infra: Porro jamdudum vobis dedimus in mandatis, ut intra quadraginta dies post susceptionem litterarum nostrarum, cum consilio b. S. Benigni & e. Morimundi Abbatis, & Fratris S. de Ordine Prædicatorum, eligeretis personam idoneam canonice in Pastorem...

Et infra: Relato ergo ad Apost. Sed. negotio, Archiepiscopo & Vinen. & Abbat. de f. Firmitate inunxitur, ut nonfitterent, ab eisdem electoribus de electione tractatum fuisse habitum...

Exponitur e. ad hanc, de iurapatron. 1. 18. q. 1.

Exponitur e. nobis, de iurapatron.

expectatum responsum ipsorum, aut non esset idoneus idem Abbas, quod de ipso factum erat, tamquam invalidum irritarent. Et infra: Cum autem competum non fuerit competenti tempore fuisse requisitum consilium de persona predicti Abbatis...

NOTÆ.

Ab Amplissima) Bisuntina Civitas, vulgo Berancon, urbs est amplissima, in umbilico Comitatus Burgundie, ad Dubium fluvium: Ammianus Marcellinus lib. 15. Eius meminerunt Ptolomeus lib. 2. c. 9. Tacitus lib. 20. annal. Serebarientis episc. 224. Caesar lib. 1. de bello Gallico, c. 9. qui maximus Sequanorum oppidum eam appellavit: plura de ea Fratres Sarmat. tom. 1. Gallia Christi. fol. 126. Aliquando jura Imperialia novit, ut ex Vignero, & Gratiano notat Idumay ad Innoc. III. lib. 2. episc. 164. In Bisuntina urbe duæ sunt Ecclesie: alia S. Joannis dicta; alia S. Stephani appellata. Inter eas jam temporibus Galixi III. & Palschalis II. varietate fuerunt controversie circa Archiepiscopalem Cathedralis: & in quodam Concilio jussu Palschalis II. celebrato definitum fuit, Præfide Guidone Archiepiscopo Viennensi, Sedis Apostolica Legato, Ecclesiam B. Joannis Metropolitanicè jure gaudere. Sed cum postea Honorii III. temporibus iterum controversia esset instaurata, ipse decrevit Ecclesiam B. Joannis Matricis habere dignitatem: quod & Gregorius IX. confirmavit ex Cisterio refert Cirionus in c. 2. de fide instrum. in 5. collect. Hujus Ecclesie mentio extat in c. tui 39. de testibus, & de prescrip. de consens. Ecclesie, c. licet 14. de accusat. c. finali, de purgat. canon. Licet hujus textus interea careamus, ejus tamen historiam ex demum transcripto Ecclesie Bisuntinae, & ex regestris Vaticanæ premissis habemus apud Illustrissimum Manrique tom. 4. annal. Cister. anno 1228. c. 7. quam pro exactiori expositione præsentis textus referam. Vacante Ecclesia Bisuntina, pro eligendo Pastore sex Canonici ex ipso Capitulo designati fuerunt, in quos ceteri compromiserunt, & illis ad eligendum tempus præscriptum fuit, quoadaliqui ceteros accendendum conflameretur: cetero igitur accento, sex compromissarii designati accesserunt ad locum electionis deputatum, sed animo discordes, & consumpta cerei majori parte, ne residua sine effectu conflameretur, consulerunt duos ex tribus consiliaribus sibi assignatis a R. Pontifice, ut Guidonem Morimundum Abbatem in Archiepiscopatum eligerent; & si forsitan ille acceptare nolisset, eligerent Abbatem S. Benigni. Dum hæc referunt, & consultores deliberant, ceteros consumpsit fuit, & compromissarii egressi fuerunt renuntiantes tribus consiliaribus unum & illis Abbatem videlicet S. Benigni Divionensis. Sed prædictus Guido justitiam tunc accensus, atque obediens Sedis Apostolicæ, quæ non modicum late videbatur, ceteris duobus collegis proposuit prædictam electionem irritam esse, aut saltem ab aliis irritandam; tum quia debito tempore consiliarium consulti non fuerunt; siquidem dum electores eos consulerant, jam ceteros fere consumpsit erat: tum quia ex tribus consiliaribus duorum tantum consilium requisitum fuit, licet non expectatum. Quare prædicti consiliarium esse electionem cassam, & in Archiepiscopatum Bisuntinam Episcopatum Cabilonensem elegerunt. Causa ad Gregorium IX. perlata, eam commisit Archiepiscopo Viennensi, & Abbat. de Firmitate, ut ex præsentis textu constat, & ex ipsa epistola Gregorii IX. quæ ex libro 2. regestri Pontificis transcripti Manrique ubi sup. n. 4. a quo & ego accipi.

Archiepiscopo Viennensi, & Abbat. de Firmitate Cister. Ordinis, Cabilonenfis diocesis.

Venerabili Fratre nostro Joanne Sabiniensi Episcopo, de Bisuntinensi Ecclesia in consortium fratrum nostrorum assumpto, nos cupientes, ut sibi succederet in eadem Ecclesia, qui eas congrueret oneri & honori, S. Joannis & S. Stephani Capituli Bisuntinensis mandavimus, ut cum consilio Morimundensis, & S. Benigni Divionensis Abbatis, atque Fratris C. Prioris de Ordine Prædicatorum Bisuntinensis, infra quadraginta dies post susceptionem litterarum nostrarum sibi eligerent personam idoneam canonice, ac concorditer in Pastorem: alioquin idem Abbates, & Prior eis de Archiepiscopo providerent. Quare dicta Capitula die ad eligendum præfixa, de prædictorum consilio, sicut procurator ejusdem Abbatis S. Benigni dicebat, sex ex ipsis potestatem eligendi dederunt, usque ad consumptionem cujusdam cerei, qui ad hoc accensus extitit, duraturam. Cum igitur electores ipsi concorditer convenissent in prædictum Abbatem S. Benigni, & locutionem ejus super hoc consilium requisivissent, qui idem se vellet deliberare dixerunt; dicti electores, cum ceterus ipse defecisset, & propterea tempus ad deliberandum non esset, non expectato illorum responso, præfatum Abbatem S. Benigni in Bisuntinensem Archiepiscopatum elegerunt. Præfati vero Morimundensis Abbas, & Prior proponentes electionem hujuscemodi contra formam mandati nostri præsumptam, cassaverunt eandem, & venerabilem fratrem nostrum Cabilonensem Episcopum, in Bisuntinensem Archiepiscopatum assignarunt. Proponebatur ergo contra electionem eandem, quod cum responso prædictorum expectatum non fuerit in electione, ipsa forma mandati nostri non extitit observata; & idcirco censenda erat irrita, vel etiam irritanda. Sed ad hoc respondebatur e contra, quod electores ipsi cum eisdem

Abbatibus, & Priore de electione tractaverant, & consilium requisierunt eorundem. Propter quod, si responso ipsorum (quorum postmodum, cum convenissent in Abbatem S. Benigni, requisierunt consilium) non expectato ex causa prædicta, ad electionem hujusmodi processerant, non erat calumniæ subjiciendum quod fecerant, sed eorum debet electio confirmari: nos vero auditis, & intellectis, quæ fuerunt hinc inde propositiona, deliberato fratrum nostrorum consilio, discretioni vestre præsentium auctoritate mandamus, quatenus si vobis constiterit, ad eisdem electoribus tractatum de electione habitum, & requisitum consilium prædictorum, ita quod in tractatu electionis, illorum fuerit consilium requisitum; & persona ipsius Abbatis S. Benigni literatura, vita, & aliis, quæ in Archiepiscopatu requiruntur, eadem Ecclesie congruere dignoscatur, & aliquid canonicum non obstat; vos electionem confirmetis eandem, & sibi faciatis debitam obedientiam, & reverentiam exhiberi. Quod si non in tractatu electionis extitit requisitum prædictorum consilium, licet postea requisitum fuerit non competenti tempore, nec expectatum responsum ipsorum, cum hoc eis debeat, qui sibi tempus acceperant; imputari; aut si non sit idoneus idem Abbas, quod de ipso factum est, invalidum decernatis. Nos enim prædictorum duorum processum in irritum revocamus. Datis Laterani XII. Kal. Aprilis, Pont. N. anno II. Haecenus Gregorius IX. in litteris delegationis, quarum mentionem in præsentis facit. Ex quibus omnibus constat, electionem Abbatis S. Benigni cassam fuisse: quis autem electus fuisset in ejus locum, non appareret.

Monasterium S. Benigni Divionensis nobile est in Burgundia, diocesis Lingonensis, cujus patronus S. Benignus in Divionensi Castro martyrio coronatus fuit, teste Gregorio Turon. lib. 1. miracul. c. 51. Hujus Monasterii Abbas Consiliarius est in Senatu Divionensi, recipitur argumentum. De Raynardo, vel Raymundo ejus Abbate 61. iuratum in præsentis, ut referunt Fratres Sarmat. tom. 4. Gallia Christi. fol. 166.

Monasterium hoc est Ordinis Cisterciensis, in Comitatu Burgundie, in diecesi Lingonensi, constructum anno 1115, ab Ordrico de Agrimonte, de quo plura referunt Fratres Sarmat. tom. 1. Gallia, fol. 67. In præsentis agit de Guidone, qui ejus Abbas fuit, ut refert Manrique in appendice ad tom. 1. annal. Cister.

Glossa in præsentis docet, consilium in hoc casu non solum esse petendum, verum expectandum, & sequendum: quia cum jussum esset Canonice Bisuntin. eligere Archiepiscopum cum consilio prædictorum trium Prælatorum, tenebantur illud petere, expectare, & sequi; quia cum jurebatur aliquid fieri cum consilio tertii, necessario consilium sequendum est, ut docent Bartolus in l. si plures, ff. de exercitoria actione, Albericus, Joannes Andreas, & Lopus relati a D. Joanne de Larrea alleg. 67. n. 10. Sed contrarium suaderet ex c. cum olim, de arbitris, ubi in casu etiam electionis deciditur, consilium necessario esse petendum, non vero sequendum. Idem docetur in l. cum patet, ff. mandato, ff. de legat. 1. l. turpis 54. ff. de legat. 1. unde communiter dicuntur constituitur inter consensum, & consilium; nam qui teneret aliquid facere cum consensu alterius, & petere, & sequi cum debet, c. finali, de iudicis in 6. qui vero cum consilio, tantum illud requirit, non autem sequitur: ita plures congetia Gonzalez ad regul. 8. Cancellario, glossa 46. Barbola axiomat. 96. Thom. Sanchez lib. 1. de marim. disp. 34. n. 24. qui exinde infert, mulierem posse gravari, ut nubat cum consilio alicujus, non vero cum ejus consensu; quia consilium tenetur petere, non vero sequi. In hac quaestione placet sententia college nostri D. Joannis de Larrea d. alleg. 67. qui censet attendendam esse qualitatem illius, cujus consilium petendum est; ut si magne auctoritatis, dignitatisque fuerit, consilium petendum, & sequendum sit: locus vero si inferioris qualitatis, ac sunt eligentes: quia tunc affirmat perdoctus vir, sufficere consilium petere, non vero necesario sequendum esse. Pro qua sententia faciunt textus in c. venerabili 37. de officio de leg. c. unico, ubi Glossa verbo Assensu, ne se habeat vacante, in 6. unde cum in præsentis casu illi, quorum consilium petendum erat, essent magne dignitatis, non male existimat Glossa, eorum consilium petendum, expectandum, & sequendum esse.

Legendum esse Viennensi, facile constat ex epistola supra relata. Viennensis Civitas Archiepiscopalis est Gallie, ad Rhodanum posita: vetus colonia tunc juris Italici, ut patet ex l. ult. ff. de consensu: ejus meminerunt Ptolomeus l. 2. c. 10. Caesar l. 7. c. 2. Suetonius in Augusto, cap. 9. & Plinius l. 3. c. 4. quos referunt plura de ipsa Metropoli adducentes Fratres Sarmat. tom. 1. Gallia, fol. 769.

Firmitate.) Firmitas ad Gronam fluvium, diecesis Cabilonenfis, prima Cisterci filia, fundatores habuit Comites Cabilonenfes anno Dom. 113. ut plura de iplo Monasterio adducetes tradunt Fratres Sarmat. tom. 4. Gallia Christi. fol. 374. Simoni ejus Abbati misa est epistola supra relata, ut post Manrique notant Fratres Sarmat. ubi supra.

Ante electionem esse habendum tractatum, & de essentia electionum deservari, ex c. in Genesi, hoc tit. do-

